



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Vvessesbrunnense monasterium in Bauaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

CAPVT XL.

VVessesbrunnense monasterium in Bauaria.

Monasterium istud fundatur primò, cum septem alijs monasterijs, per *Landfridum, Elilandum & VValdratum* fratres, Comites ab Antorf & Loisa: ampliatur & instauratur postea, vt habent *Chronica* huius monasterij anno 753. per *Tassilonem* filium *Vtilonis*, Ducem boiorum, qui in *Marchia Ducatus* tunc regni boiorum in saltu foresti, qui *Nortvvald* dicitur, inter duo flumina *Ampecan*, & *Lycum* venationi operam dabat aprorum. Cumque noctu iuxta fluuium, à suo nomine *Tesselpach* dictum, sub tentorio dormiret, vidit in somnis scalam cælum extremitatibus & terram attingentem, Angelos Dei ascendentes & descendentes, & S. Apostolum Petrum scalæ innitentem & canentem ea, qua communiter in dedicationis officio cantari solent, venatorum *Tassilonis* alter, qui *VVesso* dicebatur, inuenit fontem in modum Crucis ebullientem, qui ab eo nomen obtinuit, & dicitur hodie *Fons VVessonis*.

Tassilo autem Dux monasterium eiusdem nominis, cõoperante sibi S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, in honorem SS. Petri & Pauli ædificauit, & possessionibus ampliavit, vbi primus Abbas *Ilfangus* Altaichensis monachus præfuit annis XLI.

Auen

753.

Auentinus in Annalibus de hoc monasterio sic ponit: *Hactenus à popularibus, id est, secularibus sacerdotibus, postquam ab Vngariis exustum fuit occupatum, his pulsis, sacris D. Benedicti Henricus Imperator restituit, circa annum 1050. Fuit olim ibi monialium quoque coenobium.*

Henrico Hochenkurcher de Ildorf, Abbati Bonifacius Nonus dedit priuilegium Pontificalibus vtendi, itemque infula & baculo, anno 1402. Rexit XXX. annis laudabiliter. Resignat anno 1414. Ita Hundius in Metropoli Salisburgensi.

Elyvangense monasterium, in Franconia.

764.

Elephanciacum aliàs Elefancense, hodie Eltbangense monasterium in Franconia fundatum est anno 764. ab Hariolfo Episcopo Hingonensi, quem Pipinus & Carolus Magnus carissimum habuerunt.

Anno 1460. mutatum est hoc monasterium ex Abbatia in Præposituram, & ex monachis facti sunt Canonici seculares.

Vtenburra seu Ottenbura.

VTenburra seu Ottenbura in Guntiana valle ad Guntium amnem sita, olim oppidum & castrum Comitum Ilergouiz, nunc verò monasterium præpotens ac pulcherrimum ordinis D. Benedicti, fundatum

• est sub